

1. EXZERPT AUS OBRECHT, ALSATICARUM RERUM PRODROMUS (?)

[Nach 1690.]

Überlieferung:

L Aufzeichnung: [LH XI 1, 12 Bl. 1-2](#). 8°. 4 S.

[Obs\[ervationes\] Hist\[oricae\]](#) 5

Notitia occidentis imperii habet spectabilem virum Ducem Germaniae primae: Ducatus Retiarum formula apud Cassiodorum lib. 7 Ep. 4 Ducis mentio in lege Alemannis data[.]

Theodebertus Theoderici p. filio Theoderico nepos (Leut)hanum et Bucilinum fratre Alamannis Alamannis popularibus suis praefecit. Agathiae dicuntur Leutharis et Butili(cius). (–) legitur cui ducis nomen Athelricus (–) Athicus plerisque dictus. Notatus 10 Lazio lib. 8 p. 391. migr. patrem ei dant Leudes(inum) majorem dominus. (Suspiciatur) Obrechtus c. 10. p. 215. rer. Alsati esse Leutharium illum, non Leudesium Germanis Leuthericum vel Liuthericum dictum esse in fragm. (Urstisianso) et in Chronico Ebershemensi Mso de Leudesio duce, fragmentum (stemma)tograϕum veterem[.]

Alsatae atque Alemanniae duc(em) apud Bucelinum (German) tom 1. p. 3. p. 15 sed 15 ibi errores[.] Successit ei filius Adelbertus[.] Is fundavit S. Stephanum Arg. et monasterium in Hoheno(vea), quod tandem translatum Argentoratim ad S. Petrum seniore. Ex ejus prosapia unicus certus dux Alsatae Eberhardus fundator Mon. in Murbach. In divisione Lothario ducatum Helisatae et ducatum Alamanniae uterque seorsum traduntur Ann. Bertin[.] 839. Lotharius junior dat Hugonem ducatum Helizatum Ann. Bertin. 868. Et 20 ducatum Sveviae sive Alamannorum ||1v|| sub Carolinis (in)ter(-rtu-s), ut de Conradi I. temporibus scribit Ekkehardus de Cas. Mon. S. Gall. c. 1. Nondum adhuc illo tempore Svevia in ducatum erat redacta, sed fisco regio peculiariter parebat, sicut hodie et Francia. (Inven)tabant ambas Camerae quas sic vocabant[.] Nunt(ii)s pergit Ekkehardus Sveviae principum assensu statutuitur Alemanniae Dux primus Burkhardus gentis illius (nobilis- 25 simus) et virtutum dole probatissimus. – Tempus discus ex Hermanno contracto qui (vi) 917 Erchangeri et Bertholdi supplicum et Burchardi (init – –)fert[.] Is (– em) vero (l)uctari debet, quod passim Erchangerus Alsatae atque Alamanniae ducatu politi leguntur, quodque Hermannus Contractus Burkhardum qui sub Ludovico III Alamanniam rexit qu(o)que anno 911 a suis occisus scribitur Alemanniae ducem nominat ad 911. (Hos enim) 30 perinde ut Warinum et Ruadhanum quos Vadianus Alemanniae ducibus (-id-) accenset Camerae (Nuntios) fuisse docuit Goldastus Not. ad Ratperti casus c. 2[.] Burkhardus caedes 92(5) apud He(stu)danum, sed ex (-tin-to) substitu(tuendus) 926: De Nece Burcardi et Liutprandus[.] Sequitur[.]

Hermannus I. dux Alem. creatus 926. ob. 948. successit Lutolfus Ott. I. fil. qui ob. 957. Su<ffertus> Burcardus II. primi filius (*distilletur-Zeichen*)[.] 973 ex< – it> hunc Otto Ludolfi fil. Huic successit 982. Conradus I. et post hunc 997. Hermannus II de <suo>[.] ||2r|| He< – da – > in <Aurat> 1058. Herman ducem Alam. et Alsatie cum Henrico successore
5 Ottonis III. regnum dividere tentasse plenius Chron[.]

1004 in patris demortui locum dux Hermannus III <puer>[.] 1012 ei successit Ernestus I. in venatione, ab Adelberto Comite feram appelente vulneratus <int – t>[.] 1015 filius Ejus Ernestus[.] Is Conrado II. vitrico 1025 rebellis, 1027 ejectus, 1030 restitutus, idem rebellis interfectus 16 Cal. Sept. substitutus frater Hermannus IV. obiit in Ital. 1038 vid. Herm.
15 1036. 1043. Anno 1038 Conradus Imp. filio Heinrico III ducatum Alam. dedit. Hic 1048. in <hebd.> paschali Ottonem Witelspachi< – > ducem Alam. constituit. Hunc 1048. exceptit Otto de Suinfurto ut Hermannus Contr. vocat Marchio. Decessit improlis 1057. Ducatus commissus Rudolpho Rh<ei>nf. Comiti[.] soror ei regis desponsata Lamb. Schafn. 1058[.] Sed hunc ducatum Henr. III. vivus Bertholdo Comiti Zaeringensi promiserat, annulo dato
20 <vi – > p. 157[.] Rudolphus cecidit 1080. Bertholdus II. fit tunc dux < – > Henricum, sed is dedit Friderico Hohenst. Aliter hoc Guillim. < – 16> lib. 4. c. 1. sed <ita> Otto <fin> Gest. Frid. lib. 1. c. 7. 8. Bertholdus ait Otto < – > generem Rudolphi ducatum quasi a socero datum usurpasse[.] Fridericus dux Frid. I. imp. filius erat dux Sveviae, sed in dipl[.] in Alsatia dato vocat se ducem Elisaciae. Nomina<ntur> ||2v|| testes Henricus rex Romanorum,
deinde Episcopi, deinde Fridericus Dux Svevorum 1081. ind. 14. in sigillo dicitur dux Svevorum (+ exhibet Obrechtus) <an> eo leo in scuto[.]

Ab Athelrico illo vel Altreo ducuntur duces Lotharingiae, et comites Habsp. < – > Lotharius Imp. in dipl. S. Stephani Argent. dato. Oblatae sunt inquit, ob<tu/lut>ibus nostris <autoritates>. Illustris <parentelae> nostri progenitoris Ducis Atalberti (+ fil[.] Athici) parentelae, id est conjugis; ita interpretatur Obrecht. c. 12. p. 263. Et sane sane Eginhardus ad 821. habuisse Ermingardem filiam Hugonis Comitis. Genus ejus ad Altricum Adelberti patrem refert Theganus c. 28. Lotharius suscepit in conjugem filiam Hugonis comitis qui erat de stirpe cui quidam ducis nomine Edith. (+ puto dicere voluisse Ethic[.]

(+ Dubites an ab hoc non et Guelforum Ethico sed non puto adesse rationes. Et cur
30 non idem dixere de Welfo Comite Judithae Lotharii <-reae> patre +)

In dipl. Theoderici regis, quo Ebersheimensis monasterii fundatio confirmatur inscriptio ad Alticum Ducem et Adelbertum Comitem, caeterique fisci regii exactores. In privilegio Theoderici monasterio Murbacensi dato dicitur Mourbach esse in A<lsat>io fidelis nostri Eberhardi Comitis[.]

2. ÜBER MÄNGEL GEOGRAPHISCHER KARTEN UND GLOBEN

[Nach 1676.]

Überlieferung:L Aufzeichnung: [LH XI 1, 12 Bl. 3.](#) Kurzer Streifen.

Nullum video Geographum qui chartas Geographicas regionum remotarum accurate et distincti explicat. Hinc multa nomina propria, urbium, quorundam montium, fluminum, litorum, insularum, gentium reperiuntur in mappis globisque quae unde sunt petita, indicat nemo. Exactus itaque Geographus deberet primum Mappam sive globum aliquem dare, in quo omnium regionum atque potissimum nominum veterum et recentiorum fieret mentio, ac deinde explicare unde illa mentia habeatur; an ex veteribus, an vero ex recentioribus. Quis sit primus autor qui alicujus nominis ejusmodi meminerit. Quis nam sit autoptes, aut habens ab autopta. Longe ab his absunt chartae aut globi aut geographicae quae habentur, nam v.g. ad Oby fluvium meminere loci cujusdam appellati[o.] Obea castra nec dat quisquam unde habeant; vicissim cum videam relationes Moscoviticas (qualis est quam Hamburgi Capellus edidit) meminisse cujusdam magni fluvii Ienise, ipso Oby majoris, globi tamen atque chartae eum prorsus ignorant. Ad illustrandam Geographiam opus est chartis quoque adhiberi veteras, quae sunt concinnatae monachorum temporibus; multa enim in illis hodie oblitteratas aut quae eorum quae hodie celebrantur sunt origines. Videri merentur chartae quas olim dedit Marius Sanutus in libro quem inscripsit: *Secreta fidelium crucis*.

3. EXZERPT AUS DIETERICH, IMPERATORUM GERMANICORUM FAMILIAE SAXONICAE HISTORIA (?)

[Nach 1690.]

Überlieferung:L Aufzeichnung: [LH XI 1, 12 Bl. 4.](#) Streifen.[Obs\[ervationes\] Hist\[oricae\]](#) 25

Cunradus Rex Burgundiae liberos habuit Rudolphum III. vulgo fatum seu ignavum stirpis ultimum *Bertam quae nupsit Ottoni Campaniae Comiti* et Treucarum Marchioni cui Ottonem genuit; *Gisela quam duxit Henricus Dux Bav.* cui natus Henricus postea II. Rex et Gerbam nuptam Hermanno Comiti, quem post Conradum Otto Imp. III. Alemanniae ducem creavit unde nata Gisela Conradi III. Imp. uxor. Nam mortuo Ludolpho filio qui Othonem (penuriae aetatis recuperat) Otto I. ducatum commiserat Burcardo III Burcardi II filio Itae (Ludolphi viduae) fratri uterino. Hoc mortuo imperator Otto II. dedit ducatum

Ottoni ex fratre nepoti. Quo mortuo 982 Cunradum I. Alemanniae ducem instituit, cui Hermannus dictus successit. Et qui cum Henrico sancto de imperio contendit. Successit ei in ducatu filius Hermannus III. imperatoris consobrinus. Hoc absque sobole extincto Imperator ducatum dat Ernesto I. Comiti qui Gisela Hermannii sororem in matrimonio habet
 5 Adalberti Austriae Marchionis fratri ultimo[.] Huic successit Ernstus filius 1015. Conradi Imp. privignu(s)[.] Cunrado salico Imp. facto rebellavere Conradus dux Carinthiae Ernestus Alemanniae ex Gisela conjugis privignus, Welfo Comes Altorfi. Ernesto (occiso) frater ejus Hermannus factus dux Alem. 1030. Cuno Comes Rinfeldi filius Rudolfus dux Allemanniae post (-) Henr. IV electus[.]

10 4. EXZERPT AUS LACTANTIUS, DE MORTIBUS PERSECUTORUM
 [Nach 1690.]

Überlieferung:

L Aufzeichnung: [LH XI 1, 12 Bl. 5.](#) Streifen.

Leibniz' Handexemplar des exzerpierten Werkes konnte noch nicht gefunden werden; weitere Exzerpte
 15 daraus finden sich [hier](#).

[Obs\[ervationes\] Hist\[oricae\]](#)

*Pecuniam [. . .] damnatorum proximi dabant, [. . .] ut ictu uno [. . .] caput auferretur. Ut constat ex Cic. [. . .] 5ta in Verrem. Miles decollandi artifex memoratur Suetonio in [. . .] Calig. c. 32. Si credimus historiae passionis B. Ceciliae, Valeriani Tiburtii, et aliorum
 20 quam Bosius edidit, [. . .] carnifex post tertium ictum [. . .] non audebat ferire. Nam ita p. 26. [. . .] quam cum spiculator tertio ictu percussisset caput ejus amputare non potuit, sic autem seminecem eam cruentus carnifex reliquit, nam apud veteres lex erat ei imposita ut si in tribus percussionibus non decollaretur amplius percutere non audebat[.]*

5. EXZERPT AUS AMMIANUS MARCELLINUS, RES GESTAE

[Nach 1690.]

Überlieferung:L Aufzeichnung: [LH XI 1, 12 Bl. 6](#). Unregelmäßiger Zettel.

Leibniz' Handexemplar des exzerpierten Werkes konnte noch nicht gefunden werden; weitere Exzerpte daraus finden sich [hier](#).

[Obs\[ervationes\] Hist\[oricae\]](#)

Veteres Germanos jam Constantini M. aevo habuisse militem conductitium, cum majus aliquid moliebantur apparet ex Ammiano Marcellino lib. 16. cap. 12. ubi narrat Chnodomarium et Serapionem fratris ejus filium primarios reges, omnibus copiis praefuisse. *Hos, inquit, sequebantur potestate proximi Reges numero quinque, Regalesque (id est regii sanguinis) decem, et optimatum series magna, armatorumque millia triginta et quinque ex variis nationibus, partim mercede, partim pacto vicissitudinis reddendae quaesita[.]*

6. EXZERPT AUS WAGENSEIL, DE CIVITATE NORIBERGENSI

[Nicht vor 1697.]

15

Überlieferung:L Aufzeichnung: [LH XI 1, 12 Bl. 7](#). Streifen.

Leibniz' Handexemplar von J. CH. WAGENSEIL, *De sacri Rom. imperii libera civitate Noribergensi commentatio*, 1697, war vermutlich HANNOVER NLB G-A 528; weitere Exzerpte daraus finden sich [hier](#).

Kirchnerus *disp. 21. de Republica* [. . .] *praedicat trecentorum annorum frumentarios acervos sibi in Noribergensi granario fuisse demonstratos. Vinandus Pighius in Hercule Prodicio* [. . .] *memorat p. 149. [. . .] Anno 1571 Carolo Juliacensi principi Noribergae frumentum 150 annorum, ex quo quorudam Maximiliano I. Caesari [. . .] panis pistus sit fuisse ostensum. Ad eum locum antiquior libri possessor manu sua notavit in ora: Ex eodem frumento similiter panis est pistus jubente senatu 18 April A. C. 1621 ad probandum num adhuc sit bonum ad panem conficiendum, qui tamen fuit bonus. Frumentum itaque illud ad praedictum annum duravit annos 274. Ist noch 4000 Simmer vorhanden. Martinus Zeilerus part. 1. Itiner. Germ. p. 108 ex Noribergensibus Annalibus* [. . .] *refert Carolo V. Imperatori Anno 1541 Noribergae agenti panem*

oblatum ex frumento annorum 118 paratum, quo non ipse tantum delectatus fuerit, sed et partem ejus in Hispaniam miserit ad Philippum filium. Grana autem frumenti hujus, ob crebras agitationes quae ne vitium capiat [. . .] fieri solent pene folliculis destituuntur[.]

Wagenseil de Noriberga cap. 15 pag. 101[.]

5 7. AVRIL 1695

[April 1695.]

Überlieferung:

L Aufzeichnung: [LH XI 1, 12 Bl. 9](#). Zettel.

Avril 1695

10 Les Centuriateurs avoient cité des lettres de Pepin, de Charlesmagne et d'autres grands hommes de ce siecle. Baronius les crût perdues, et douta de la bonne foy des centuriateurs. Mais on les trouva depuis dans la Bibliotheque de l'Empereur, et elles furent données au public. Cependant comme il s'est trouvé une copie dans la Bibliotheque de Wolfenbutel, faite sur l'exemplaire ancien de Flacius, qui s'est perdu, propre à corriger ou
15 corriger celuy de Vienne, je l'ay fait communiquer à un sçavant homme de mes amis, pour en procurer une nouvelle Edition[.]

8. FESTUM S. GREGORII PATRONI SCHOLARUM XII. MARTII.

[Nach 1676.]

Überlieferung:

20 L Aufzeichnung: [LH XI 1, 12 Bl. 10](#). 8°. 1 1/2 S.

Festum S. Gregorii Patroni scholarum XII. Martii

Gregorii Magni ex Monacho Pontificis Romani circa annum a Christo nato sexcent-
tesimum in fastis nomen Martii die xli ascriptum scholarum praeceptores et discipulos
monet, ut festum anniversarium agant. Cum enim scholas plurimum auxerit et ornaverit
25 patronum scholastici ab antiquo habent et die hoc ipsius festo certis cantilenis ad scholam
vocant pluribus in locis pueros subordinato Episcopo sub Gregorii persona cum adjunctis
satellitibus sacri ordinis, addi quoque solent dona quibus invitentur ad amorem scholarum
(pueri). Quem morem ab Ethnicis ad Christianos manasse volunt Rud. Hospinianus de
festis Christianorum fol. 50. b. et Matth. Dresserus des festis p. 43. Etenim Romae die XIX
30 Martii quinquatru(-) Minervas quae scientiis et artibus dicata solenniter celebrantur, qui-

bus quinque diebus praeceptores discipulique feriatum sunt, discipuli Minervalia sive didactia persolverunt praeceptoribus, praeceptores discipulis distribuerunt placentulas elementa ut vellent discere prim(-)[.] De hoc festo Ovidii sunt versus lib. 3. Fast. vers. 809 et seqq. Ubi inter alia:

*<Palla>da nunc pueri teneraeque ornate puellae
Qui bene placarit Pallada, doctus erit* 5

Et mox

*Nec vos turba feri censu fraudata Magistri
Spernite, discipulos attrahit illa novos
Quique moves coelum, tabulamque coloribus uris,
Quique facis dicta mollia saxa manu.* 10

Lege Macrobius lib. 1. Saturnal. c. 12 Angelus polit. Miscell. c. 21. Tiraquell. ad dies Geniales lib. 2. c. 22 et commentatores ad locum Ovidii citatum ad Horatii lib. Epist. 2. vers. 197. ad Juvenal. Satyr. X. v. 114[.] Apud nos sine pompa theatri per Urbem incedentes pueri non Pallada, non s. Gregorium Magnum, sed autorem sapientiae celebrant λόγον Jesum Christum, qui ut ait Dresserus est orator interpret et enarrator coelestis, et scholas sua praesentia conservavit studio et disputatione cum Magistris et Doctoribus cum puer duodecim annos natus esset, tum ingressus postea docendi munus, saepe in synagogis conciones habuit[.]